

tiōne sui, et diutino labore, omnes puberes interficerent ¹, quod se facturos minabantur: ægrèque tunc sunt retenti, quin ² oppidum irrumpèrent; graviterque eam rem tulērunt, quod stetisse per Trebonium, quominus oppido potirentur ³, videbatur. At hostes sinè fide tempus atque occasiōnem fraudis, ac doli quærunt: interjectis aliquot diēbus, nostris languentibus ⁴, atque animo remissis, subitò meridiano tempore, cum alius discessisset, alius ex diutino labore ⁵ in ipsis operibus quieti se dedisset, arma verò omnia reposita contectaque ⁶ essent, portis se foras erumpunt ⁷, secundo magnòque vento ignem operibus infērunt ⁸. Hunc sic distulit ventus ⁹. uti uno tempore agger, plutei, testudo, turris tormentaque flammam conciperent, et prius ¹⁰ hæc omnia consumerentur, quàm, quemadmodum accidisset, animadverti posset. Nostris repentinà fortunà ¹¹ permoti, arma, quæ possunt, arripiunt. Alii ex castris sese incitant. Fit in hostes impetus, sed e muro sagittis tormentisque fugientes persèqui prohibentur. Illi sub murum se recipiunt; ibique musculum, turrimque lateritiam libère incendunt. Ita multorum mensium labor hostium perfiā et vi

1. *Interficerent omnes puberes*, pasasen á cuchillo á todos los jóvenes.

2. *Ægrè sunt retenti, quin....*, costó no poco trabajo el contenerlos para que no asaltasen la ciudad por entonces. (El *quin* equivale en esta frase á *qui non ó ut ii non*.)

3. *Stetisse per Trebonium, quominus potirentur oppido*, que en Trebonio había consistido el no apoderarse de la ciudad.

4. *Nostris languentibus*, etc., cuando vieron que los nuestros andaban flojos y perezosos.

5. *Ex diutino labore*, después de un largo trabajo. (V. n. 3, p. 87.)

6. *Reposita contectaque*, amontonadas y cubiertas.

7. *Erumpunt se foras portis*, salen de pronto fuera de las puertas. (*Erumpere*, salir con ímpetu, se usa las más veces como intransitivo. Sin embargo, también se halla con un acusativo, especialmente el del recíproco: "*Densa inter nubila se diversi erumpent radii*," Virg. "*Erumpere stomachum in aliquem*," descargar su ira con alguno. Cic.)

8. *Inferunt ignem*, pegan fuego.

9. *Ventus distulit hunc, sic, uti....*, extendióse el fuego de tal modo con el viento, que.... (*Uti* en lugar de *ut*, paragoge.)

10. *Prius.... quàm posset animadverti, quemadmodum accidisset*, antes que pudiera echarse de ver cuál había sido la causa de aquel incendio. (*Accidisset*, subjuntivo, como subordinado al *animadverti* que envuelve una idea de duda. Vid. not. 5, pág. 34. *Prius* separado de *quàm* por una trasposición elegante. Vid. not. 7, pág. 200.)

11. *Repentinà fortunà*, con aquel repentino accidente.

tempestatis puncto temporis interiiit ¹. Tentaverunt hoc idem Massilienses postero die, eandem nacti tempestatem ²; majori cum fiducia ad alteram turrim aggeremque eruptiōne pugnaverunt, multamque ignem intulerunt. Sed ut ³ superioris temporis contentiōnem nostri omnem remissērunt; ita proximi diei casu admoniti, omnia ad defensiōnem paraverant. Itaque, multis interfectis, reliquos infecta re in oppidum repulerunt. Trebonius ea, quæ sunt amissa, multo majore studio militum administrare et reficere instituit ⁴. Nam ubi tantos suos labores et apparatus malè cecidisse viderunt, induciisque per scelus violatis, suam virtutem irrisui fore perdoluerunt ⁵, quod, unde agger omnino comportari posset, nihil erat reliquum ⁶, omnibus arboribus longè latèque in finibus Massiliensium excissis et convectis, aggerem nobi generis ⁷, atque inauditum ex lateritiis duobus muris senum pedum crassitudine, atque eorum murorum contigatiōnem facere instituērunt, æqua ferè latitudine, atque ⁸ ille congestus ex ma-

1. *Interiiit puncto temporis*, se malogró en un momento.

2. *Nacti eandem tempestatem*, soplando un viento fuerte y favorable como el día anterior.

3. *Sed ut*, etc., pero si bien es cierto que los nuestros habían alojado mucho en su antiguo tesón, escarmentados, no obstante, con la desgracia de la víspera, etc.

4. *Instituit*, resolvió ocuparse de la reparación de las máquinas perdidas.

5. *Perdoluerunt*, llegádoles al alma el que se hiciese escarnio de su valor. (Nótese la fuerza que da al verbo la preposición componente. Para el análisis gramatical téngase en cuenta que en esta oración viene obrando el *ubi* de la anterior. Cuando se encuentran dos verbos seguidos, cuya acción es simultánea, expresándose por unos mismos tiempos, y pendientes de un mismo sujeto, el segundo se traduce bien por el gerundio castellano. Si el *perdoluerunt* se tradujera aquí por su propio tiempo, daría un castellano insoportable.)

6. *Nihil erat reliquum, unde agger posset comportari omnino*, no había ya un punto de donde poder traer absolutamente nada de fagina. (Fagina se llaman los haces de leña, hojas y brozas que, mezclados con tierra, se emplean en los terraplenes ú obras de fortificación en campaña. El adverbio *omnino* significa *enteramente, de todo punto*; pero cuando la frase es negativa, toma la significación de *absolutamente: nihil omnino*, absolutamente nada.)

7. *Aggerem novi generis*, una trinchera por un método desconocido.

8. *Æqua ferè latitudine, atque....* casi de la misma anchura que tenía el que antes habían hecho de madera. (La conjunción *atque*

teria fuërat agger. Ubi autem spatium inter muros aut imbecillitas materiæ postulãre videretur, pilæ interponuntur, transversaria tigna injiciuntur, quæ firmamento esse possint; et quidquid est contignatum, cratibus consternitur, cratesque luto integuntur. Sub tecto miles dextrã ac sinistrã muro tectus, adversus plutei objectu ¹, opëri quæcumque usui sunt, sinè pericûlo supportat. Celeriter res administratur: diurni labôris detrimentum solertiã, et virtute militum breviter reconcinatur ². Portæ, quibus locis videtur, eruptiõnis causã in muro relinquuntur. Quod ubi ³ hostes viderunt, ea, quæ diu, longoque spatio refici non posse sperassent, paucorum dierum opëra, et labore ita resecta, ut nullus perfidiæ, neque eruptiõni locus esset; neque quidquam omnino ⁴ relinqueretur, quo aut vi militibus, aut igni operibus noceri posset; eodemque exemplo sentiunt totam urbem, quã sit aditus ab terra, muro, turribusque circumiri posse, sic ut ipsis consistendi in suis munitionibus locus non esset, cum penè inædificata in muris ab exercitu nostro mœnia viderentur ⁵, ac tela manu con-

tiene el mismo sentido que *quàm* después de las palabras que denotan diversidad ó semejanza.)

1. *Adversus objectu plutei*, y cubierto de frente con los parapetos. (El sentido literal es: *miles adversus tectus objectu plutei*. Vide nota 5, pág. 73.)

2. *Reconcinatur breviter*, se resarce en breve.

3. *Quod ubi*, etc., cuando vieron los enemigos que con el trabajo y esfuerzo de pocos días habían concluido los sitiadores las máquinas que esperaban ellos no podrían rehacerse en mucho tiempo... (El *quod* es acusativo, complemento de *viderunt*, y sirve para preparar el *ea*, de la proposición infinitiva. El sentido es este: *ubi hostes viderunt hoc* (igual á *quod*), scilicet *ea quæ*, etc. Vid. not. 9, pág. 26.)

4. *Neque quidquam omnino*, etc., y que ya no les quedaba absolutamente medio alguno. (Vid. sup. nota 6, pág. 219.)

5. *Cum mœnia viderentur penè inædificata*, esse *in muris ab exercitu nostro*, viendo que nuestro ejército había levantado otras murallas pegando con la suya. (El adverbio *penè* afecta al *in muris*; de modo que el sentido es, no ya que las murallas se habían *casi levantado*, sino que se habían hecho *casi sobre el muro* de la ciudad, esto es, tocando á él. El verbo *inædificare*, *ædificare in*, -significa edificar en... y en esta acepción se toma aquí, más á veces le da una fuerza privativa la preposición componente, y toma la significación contraria de arruinar, demoler. Las palabras *muris*, *mœnia*, suelen emplearse promiscuamente los escritores latinos para designar las murallas de una ciudad; pero la segunda se toma frecuentemente por las trincheras ó parapetos, y aun á veces por los edificios mismos de la población.)

jicerentur, suorumque tormentorum usum ¹, quibus ipsi magna speravissent, spatio propinquitatis interire; parique conditione e muro, ac turribus bellandi data, virtute se nostris adæquare non posse intelligunt, ad easdem deditiõnis conditiones recurrunt ².

V

Orden de batalla con que se presentan al combate los soldados de César y los de Pompeyo en los campos de Farsalia. — Descubre César sus planes á los suyos, y da la señal de acometer.

Cæsar, cum Pompeii castris appropinquasset, ad huac modum aciem ejus instructam animadvertit. Erant in sinistro cornu legiõnes duæ, traditæ a Cæsare initio disensiõnis ex S. C., quarum una prima, altëra tertia appellabatur. In eo loco ipse erat Pompeius. Mediam aciem ³ Scipio cum legionibus Syriacis tenëbat. Ciliciensis legio conjuncta cum cohortibus hispãnis, quas transductas ab Afranio docuimus, in dextro cornu erant collocatæ. Has firmissimas se habere Pompeius existimabat, reliquas inter aciem mediam cornuque interjecerat; numeroque cohortes CX expleverat. Hæc erant millia XLV evocatorum circiter duo, quæ ex beneficiariis ⁴ superiorum exercitum ad eum convenërant; quæ tota acie disperserat. Reliquas cohortes VII castris, propinquisque castellis præsidio disposuerat. Dextrum cornu ejus rivus quidam impeditis ripis ⁵ muniëbat. Quam ob causam cunctum equi-

1. *Usumque suorum tormentorum interire spatio propinquitatis*, y que no podían hacer uso de sus máquinas por la mucha proximidad. (Nótese la locución especial *spatio propinquitatis*, igual á *nimia propinquitati*.)

2. *Recurrunt*, etc., tratan de capitular bajo las mismas condiciones que antes.

3. *Mediam aciem*, el centro. (*Acies prima*, *primum agmen*, la vanguardia; *acies media*, *medium agmen*, el centro; *acies postrema* ó *novissima*, *agmen postremum* ó *novissimum*, la retaguardia.)

4. *Ex beneficiariis*, de los que habían sido promovidos en las campañas anteriores. (Llamábanse *milites beneficiarii* a beneficio *accepto* los que eran ascendidos á otro grado por el tribuno, pretor ó consul. También se daba este nombre á los que en premio de sus servicios quedaban exentos de la milicia.)

5. *Ribus quidam ripis impeditis*, un riachuelo de márgenes pantanosas. (La cualidad, así de las personas como de las cosas, se ex-

tatum, sagittarios, funditoresque omnes in sinistro cornu objecerat. Cæsar, superius institutum servans ¹, X legiõnem in dextro cornu, IX in sinistro collocaverat, tametsi erat Dyrrachinis præliis vehementer attenuata; et huic sic adjunxit VIII, ut penè unam ex duabus efficeret, atque alteram alteri præsidio esse jussèrat. Cohortes in acie LXXX constitutas habebat. Quæ summa erat duorum et viginti milium. Cohortes II castris præsidio reliquerat. Sinistro cornu Antonium, dextro P. Sullam, media acie Cn. Domitium præposuerat. Ipse contra Pompejum constitit ². Simul his rebus animadversis, quas demonstravimus, timens ne a multitudine equitum dextrum cornu circumveniretur, celeriter ex tertia acie singulas cohortes detraxit ³, atque ex his quartam instituit, equitatuque opposuit, et quid fieri vellet ⁴ ostendit: monuitque ⁵, ejus diei victoriam in earum cohortium virtute constare: simul tertiæ aciei, totique exercitui imperavit, ne injussu suo concurreret: se, cum id fieri vellet, vexillo signum daturum. Exercitum cum militari more ad pugnam cohortaretur, suaque in eum perpetui temporis officia prædicaret, in primis commemoravit, "testibus se militibus uti posse ⁶, quanto studio pacem petisset, quæ per Vatinius in colloquiis, quæ per A. Clodium cum Scipione egisset: quibus modis ad Oricum cum Libone de mittendis legatis contendisset, neque se unquam abuti militum sanguine, neque Rempubliam alterutro exercitu ⁷ privare voluisse". Hac habita

presa muy frecuentemente en latin por un ablativo. El río á que aquí se alude se llamaba *Enipeo*)

1. *Superius institutum servans*, siguiendo su primer plan.
2. *Constitit contra Pompejum*, se situó frente á Pompeyo. (Para contrarrestar su poder.)
3. *Detraxit singulas cohortes ex tertia acie*, sacó una cohorte de cada una de las seis legiones de la tercera división. (Sólo así puede entenderse este pasaje. Como si dijera: *detraxit singulas cohortes ex unaquaque legione tertiæ aciei*. Es decir, que sacó seis cohortes de un número igual de legiones.)
4. *Quid fieri vellet*, lo que deberían hacer.
5. *Monuitque*, advirtiéndoles, que del valor de aquellas cohortes pendía la victoria.
6. *Se posse uti militibus testibus*, etc., que sus mismos soldados podían ser testigos del ahinco con que había solicitado la paz, y de los pasos que había dado, etc.
7. *Alterutro exercitu*, de uno de los dos ejércitos. (El suyo ó el de Pompeyo.)

oratiõne, exposcentibus militibus, et studio pugnae ardentibus, tuba signum dedit ¹.

VI

Valor de Crástino, soldado de César. — Dase la batalla, y queda derrotado Pompeyo. — Huye éste á Larisa, y luego se embarca.

Erat Crastinus evocatus ² in exercitu Cæsaris, qui superiori anno apud eum primum pilum in legiõne X duxerat ³, vir singulari virtute. Hic, signo dato: "Sequimini me, inquit, manipulares mei qui fuistis; et vestro imperatori, quam constituistis, operam date ⁴. Unum hoc prælium superest, quo confecto, et ille suam dignitatem, et nos nostram libertatem recuperabimus". Simul respiciens Cæsarem ⁵: "Faciám, inquit, hodie imperator, ut aut vivo mihi, aut mortuo gratias agas". Hæc cum dixisset, primus ex dextro cornu procurrit, atque eum milites electi circiter CXX voluntarii ejusdem centuriæ sunt prosequuti. Inter duas acies tantum ⁶ erat relictum spatii, ut satis esset ad concursum utriusque exercitus. Sed Pompejus suis prædixerat, Cæsaris impetum ex-

1. *Dedit signum tuba, militibus exposcentibus*, etc., dió la señal de acometer, pidiéndose así con instancias los soldados, que ardían en deseos de pelear. (No pudo emplearse un verbo que expresara con mayor precisión el ardimiento de los soldados. *Poscere* es pedir con cierto imperio, como quien tiene derecho á que se le conceda lo que pide: la preposición *ex* añade á la idea del simple la de las instancias y ruegos repetidos.) (Vid. not. 3, pág. 64.)

2. *Evocatus*, llamado. (*Milites evocati* se decían los soldados veteranos retirados del servicio, á quienes se llamaba al ejército en caso de necesidad.)

3. *Duxerat primum pilum*, había servido en las primeras compañías. (*Pilum* es el dardo, lanza ó pica: de aquí el nombre de cada una de las diez centurias de piqueros que formaban parte de una legión. *Primipilus prior*, comandante de la primera centuria; y á este tenor se decía también *primipilus posterior*, *secundus*, *tertius princeps*, etc., los centuriones de los *principes*; y por el mismo orden los de los *hastati*. Vid. n. 8, pág. 210.)

4. *Date*, etc., cumplid á vuestro general el juramento que le habéis hecho.

5. *Respiciens Cæsarem*, volviéndose á César. (V. n. 4, pág. 10.)

6. *Tantum spatii*, etc., había quedado un espacio suficiente para que pudiesen trabar la batalla ambos ejércitos.

ciperent ¹, neve se loco movērent, aciemque ejus distrahi ² paterentur. Idque admonitū C. Triarii fecisse dicebātur, ut primus excursus visque militū infringeretur, aciesque distenderentur, atque suis ordinibus dispositi dispersos adorirentur ³: levius quō casura pila ⁴ sperābat, in loco retentis militibus, quā si ipsi immissis telis occurrissent: simul fore ⁵, ut, duplicātō cursu, Cæsāris milites exanimarentur, et lassitudine conficerentur. Quod nobis ⁶ quidem nullā ratiōne factum a Pompejo videtur: propterea quod est quaedam animi incitatio ⁷, atque alacritas naturaliter innata omnibus, quæ studio pugnae incenditur. Hanc non reprimere, sed augere imperatores debent. Neque frustra antiquitus institutum est, ut signa undique concinerent ⁸, clamoremque universi tollerent, quibus rebus et hostes terreri, et suos incitari existimaverunt. Sed nostri milites, dato signo, cum infestis pilis procurrissent ⁹, atque animadvertissent non concurrere a Pompe-

1. *Exciperent*, etc., que resistiesen la primera descarga de César.
2. *Distrahi*, se desuniese. (Nótese la fuerza de la preposición componente. *Distrahi*, como si dijera: *trahi in diversa loca*. La raíz de *dis* es *duo*, dos.)

3. *Atque dispositi ordinibus suis adorirentur* Cæsarianos dispersos, y poder acometer con ventaja, sin dejar la formación, á los soldados de César divididos.

4. *Pila casura esse levius*, que no harían tanto estrago los dardos, manteniéndose los soldados en sus puestos, como si ellos mismos salieran á recibir la descarga.

5. *Simul fore, ut milites*... y que al propio tiempo podría suceder que, doblando la carrera, se desalentasen los Cæsarianos, rendidos por el cansancio. (Vid. not. 4, pág. 208.)

6. *Quod videtur quidem nobis nullā ratione factum esse a Pompejo*, en lo cual me parece que anduvo Pompeyo muy desacertado. (El adverbio *quidem* suelen emplearle los latinos como signo de modestia cuando uno habla de sí mismo, especialmente si se propone manifestar su opinión en algún asunto, como se verifica puntualmente en este pasaje.)

7. *Quaedam incitatio atque alacritas*, etc., hay naturalmente en el hombre cierta impetuosidad y viveza, que se desarrolla con el ardor del combate.

8. *Ut signa concinerent undique*, que tocasen á un tiempo todas las trompetas.

9. *Cum procurrissent pilis infestis*, habiendo salido corriendo resueltos á disparar.

janis ¹, usu periti ², ac superioribus pugnis exercitāti, suā sponte cursum represserunt, et ad medium ferè spatium constitērunt, ne consumptis viribus appropinquarent; parvōque intermisso temporis spatio, ac rursus renovato cursu, pila miserunt, celeriterque, ut erat præceptum a Cæsāre, gladios strinxerunt. Neque verò Pompejāni huic rei defuerunt. Nam et tela missa excepērunt, et impētum legiōnum tulerunt, et ordines conservaverunt, pilisque missis, ad gladios redierunt. Eōdem tempore equites a sinistro Pompeii cornu, ut erat imperatū, universi procurrērunt, omnisque multitudo sagittariōrum ³ se profudit, quorum impētum noster multitatus non tulit, sed paulum loco motus cessit; equitesque Pompejāni ⁴ hoc acrius instāre, et se turmatim explicāre, aciemque nostram a latere aperto circumire cœperunt. Quod ubi Cæsar animadvertit, IV aciei, quam instituērat VI cohortium número ⁵, signum dedit. Illi celeriter procurrērunt, infestisque signis tanta vi in Pompeii equites impētum fecerunt, ut eorum nemo consisteret ⁶, omnesque conversi non solum loco excederent, sed protinus incitati, fugā montes altissimos petērent. Quibus summotis, omnes sagittarii funditoresque destituti inermes ⁷, sinē præsidio, interfecti sunt. Eōdem impētū cohortes sinistrum cornu, pugnantibus etiam tum, ac resistentibus in acie Pompejanis, circumierunt, eosque a tergo sunt adorti. Eōdem tempore tertiam aciem Cæsar, quæ quiēta fuerat, et se ad id tempus loco

1. *Non concurrere a Pompejanis*, que no hacían lo mismo los de Pompeyo. (Más arriba dice *procurrissent*; ahora dice *concurrere*. *Procurrere -currere pro-* es correr al frente, delante; *concurrere, -currere cum-* correr juntamente: de aquí *concursum*, el choque ó encuentro de dos ejércitos que vienen á las manos.)

2. *Periti usu*, amaestrados por la experiencia.

3. *Omnis multitudo*, etc., todos los flecheros se echaron sobre ellos.

4. *Equites Pompejani*, etc., la caballería de Pompeyo empezó á estrecharlos más y más, desenvolviéndose por escuadrones y procurando entrarles por el flanco. (*Hoc acrius*: el análisis es *cœperunt instare acrius*, propter hoc, etc.)

5. *VI cohortium numero*, compuesta de seis cohortes. (Vid. sup. not. 3, pág. 222.)

6. *Nemo eorum consisteret*, etc., ninguno de ellos se mantuvo firme, y volviendo todos grupas, etc.

7. *Destituti inermes*, etc., habiendo quedado desarmados y sin defensa, los pasaron á cuchillo.

tenuerat ¹, procurrere jussit. Ita, cum recentes atque integri defessis successissent, alii autem a tergo adorirentur, sustinere Pompejani non potuerunt, atque universi terga vertuerunt. Neque vero Cæsarem fefellit, quin ab iis cohortibus, quæ contra equitatum in IV acie collocatæ essent, initium victoriæ oriretur ², ut ipse in cohortandis militibus pronuntiaverat. Ab his enim primum equitatus est pulsus; ab iisdem facta cædes sagittariorum, atque funditorum; ab iisdem acies Pompejana a sinistra parte erat circumventa, atque initium fugæ factum. Sed Pompejus, ut equitatum suum pulsum vidit, ³, atque eam partem, cui maximè confidebat ⁴, perterritam animadvertit, aliis diffusus, acie excessit, protinusque se in castra equo contulit ⁵, et iis centurionibus, quos in statione ad prætoriam portam posuerat, clarè, ut milites exaudirent: "Tueamini ⁶, inquit, castra, et defendite diligenter, si quid durius acciderit. Ego reliquas portas circumeo, et castrorum præsidia confirmo., Hæc cum dixisset, se in prætorium con-

1. *Et tenuerat se loco ad id tempus*, y que hasta entonces se había mantenido firme en su puesto.

2. *Neque verò Cæsarem fefellit, quin initium victoriæ oriretur ab iis cohortibus*, etc., y no se le ocultó á César que la victoria se debía desde un principio á las cohortes, etc. (El sujeto de *fefellit* es la oración del *quin*. Este verbo significa ignorar, ocultársele á uno algo, cuando se construye con nominativo de cosa y acusativo de persona. La misma propiedad tienen *latet* y *præterit*.)

3. *Ut vidit equitatum suum pulsum*, cuando vió derrotada su caballería.

4. *Cui confidebat maximè*, que era en la que más confiaba.

5. *Contulit se protinus equo in castra*, huyó á toda rienda al campamento.

6. *Tueamini castra*, etc., guardad los campamentos, y defendedlos con empeño si ocurre alguna desgracia. (Hay en el idioma latino ciertas maneras de decir sumamente delicadas, las cuales no deben pasar desapercibidas para el que desee conocerle con algún fundamento. En el *tueamini* de esta frase se está viendo el decaimiento de ánimo de Pompeyo. Cuando se emplea el presente de subjuntivo en sustitución del imperativo, se expresa con él, más bien un consejo, una invitación, que no un mandato. Si dijera *tueamini*, veríamos al general que manda, exigiendo el cumplimiento de sus órdenes: diciendo *tueamini*, vemos al general que ruega y suplica con cierto temor de no ser obedecido. No se olvide que el subjuntivo envuelve siempre una idea de duda. Vid. not. 5, pág. 34.)

tulit ¹, summæ rei diffidens, et tamen eventum ² expectans. Cæsar, Pompejanis ex fuga intra vallum compulsis, nullum spatium perterritis dari oportere existimans ³, milites cohortatus est, ut beneficio fortunæ uterentur, castraque oppugnarent: qui, etsi magno æstu ⁴ fatigati (nam ad meridiem res erat perducta), tamen ad omnem laborem animo parati, imperio paruerunt. Castra a cohortibus, quæ ibi præsidio erant relictæ, industriè ⁵ defendebantur; multò etiam acrius a Thracibus, barbarisque auxiliis. Nam qui acie refugerant milites, et animo perterriti, et lassitudine confecti, missis plerique armis ⁶, signisque militaribus, magis de reliqua fuga, quàm de castrorum defensione cogitabant. Neque verò diutius qui in vallo constitèrant multitudinem telorum sustinere potuerunt; sed confecti vulneribus, locum reliquerunt, protinusque omnes, ducibus usi centurionibus, tribunisque militum, in altissimos montes, qui ad castra pertinèbant, confugerunt. In castris Pompeii videre licuit triclinia strata ⁷, magnum argenti pondus expositum, recentibus cespitibus tabernacula constrata, L. etiam Lentili, et nonnullorum tabernacula protecta he-

1. *Contulit se in prætorium*, etc., se retiró á su tienda con temor de perderlo todo. (Llamábase *prætorium*, la tienda del general, la cual armaban en un lugar algo elevado, colocando en la extensión que la rodeaba todo lo necesario para los asuntos religiosos y judiciales.)

2. *Eventum*, el desenlace.

3. *Existimans oportere nullum spatium dari*, juzgando conveniente perseguir sin tregua á los de Pompeyo, que, llenos de terror, no habían cesado de correr hasta sus atrincheramientos...

4. *Magno æstu*, por el excesivo calor.

5. *Industriè*, valerosamente.

6. *Missis plerique armis*, etc., habiendo los más arrojado las armas y banderas. (*Missis*, en lugar de *demissis*; aféresis. *Demittere*, y *deponere* pierden muy frecuentemente la preposición por esta figura. Así, *ponere arma* (deponere) es dejar las armas.)

7. *Licuit videre in castris Pompeii triclinia strata*, etc., era de ver en los campamentos de Pompeyo la suntuosidad con que se hallaban cubiertas las mesas, la gran cantidad de plata que había de manifiesto, las tiendas tapizadas de verde césped, coronadas de hiedra la de L. Léntulo y algunos otros, etc. (Llamaban *triclinium* los Romanos al comedor ó aposento destinado para los convites, dándole este nombre de los tres reclinatorios ó camillas donde se recostaban los convidados. Colocabáanse tres en cada una, apoyándose el primero sobre el codo con las piernas detrás del segundo, cuya cabeza tocaba con el vientre del primero, y guardando el último igual postura respectiva.)

dēra, multāque præterea, quæ nimiam luxuriam, et victoriæ fiduciam designarent; ut facîle ¹ existimari posset, nihil eos de eventu ejus diei timuisse, qui non necessarias conquirērent ² voluptates. Atque ii ³ miserrimo, ac patientissimo exercitui Cæsaris luxuriam objiciēbant, cui semper omnia ad necessarium usum defuissent. Pompejus, jam cum intra vallum nostri versarentur, equum nactus ⁴, detractis insignibus imperatoriis, decumanā portā se ex castris ejecit ⁵, protinusque equo citato ⁶ Larissam contendit. Neque ibi constitit; sed eādem celeritate paucos suorum ex fuga nactus, nocturno itinere non intermisso, comitatu equitum XXX ad mare pervēnit, navemque frumentariam conscendit ⁷; sæpè, ut dicebatur, querens, "tantum se opiniōnem fefellisse, ut a quo genere hominum victoriam sperasset, ab eo, initio fugæ facta, penè proditus videretur ⁸."

1. *Ut facîle existimari posset*, de modo que podía sospecharse con razón... (Vid. not. 1, pág. 73.)

2. *Qui conquirerent*, etc., cuando buscaban placeres tan superfluos. (El qui tiene fuerza de una conjunción supositiva pues que, siendo así que, en el mero hecho de, etc.)

3. *Atqui ii*, etc., y sin embargo, esos mismos eran los que daban en cara con el lujo al sufridísimo ejército de César.

4. *Nactus equum*, tomando un caballo.

5. *Ejecit se ex castris decumanā portā*, salió de los reales por la puerta Decumana. (Los campamentos eran de figura cuadrada, guardando siempre las mismas dimensiones y distribución: por lo que cada soldado sabía de una vez para siempre el sitio respectivo de su tienda. Cada uno de sus lados tenía una puerta, llamadas generalmente la *Decumana* que era la mayor, enfrente de los enemigos; la *Pretoriana*, que se correspondía con ella, á la parte opuesta; la *derecha principal*, ó de los primeros, y la *izquierda principal*, ó de los primeros, que estaban en el lado que respectivamente indican sus nombres.)

6. *Equo citato*, á todo escape.

7. *Conscendit navem frumentariam*, se embarcó en una nave de transporte.

8. *Videretur penè proditus ab eo genere hominum*, etc., se veía poco menos que vendido por aquellos mismos en quienes más había confiado para la victoria, por haber sido los primeros en huir.

VII

Persigue César á los Pompeyanos, que por último se rinden.

Cæsar, castris potitus, a militibus contendit, ne ¹ in præda occupati, reliqui negotii gerendi facultatem dimitterent. Qua re impetrata, montem opere circumvenire instituit. Pompejani, quod is mons erat sine aqua, diffisi ei loco, relicto monte, universi simul Larissam versus se recipere cœperunt. Qua re animadversa, Cæsar copias suas divisit, partemque legionum in castris Pompeii remanere jussit, partem in sua castra remisit: IV. secum legiones duxit, commodiorēque itinere Pompejanis occurrere cœpit: et progressus millia passuum VI. aciem instruxit. Qua re animadversa, Pompejani in quodam monte constituerunt. Hunc montem flumen subluēbat ². Cæsar milites cohortatus, etsi totius diei continenti labore erant confecti, noxque jam suberat ³, tamen munitione flumen a monte seclusit ⁴, ne noctu Pompejani aquari possent. Quo jam perfecto opere, illi de deditiōne, missis legatis, agere cœperunt. Pauci ordinis senatorii, qui se cum iis conjungerant, nocte fugā salutem petierunt ⁵. Cæsar prima luce omnes eos, qui in monte consederant, ex superioribus locis in planitiem descendere, atque arma projicere jussit, quod ubi sine recensatione fecerunt, passisque palmis ⁶, projecti ad terram, flentes, ab eo petierunt salutem; consolatus, consurgere jussit, et pauca apud eos de lenitate sua loquutus, quò minore essent timore, omnes conservavit ⁷, militibusque suis jussit, ne qui eorum violarentur, neu quid sui desiderarent ⁸. Hac adhibitā diligentia, ex castris

1. *Ne dimitterent facultatem reliqui negotii gerendi*, que no perdiesen la ocasión de alcanzar la victoria por completo.

2. *Flumen subluēbat hunc montem*, bañaba un río este monte.

3. *Noxque jam suberat*, y ya se acercaba la noche.

4. *Seclusit montem a flumine*, etc., cortó la comunicación del monte con el río, para que los de Pompeyo no pudiesen proveerse de agua por la noche.

5. *Petierunt salutem fugā*, se salvaron huyendo.

6. *Passis palmis*, extendiendo las manos. (En ademán de suplicar.)

7. *Conservavit omnes*, á todos los perdonó la vida.

8. *Ne qui (pro aliqui) eorum violarentur, neu qui (pro aliquid) sui desiderarent*, que no les ofendiesen ni quitasen nada. (Nótese que

sibi legiones alias occurrere, et eas, quas secum duxerat, invicem requiescere, atque in castra reverti jussit; eodemque die Larissam pervenit. In eo paelio non amplius CC. milites desideravit, sed centuriones, fortes viros, circiter XXX. amisit. Interfectus est etiam fortissimè pugnant Crastinus, cujus mentionem supra fecimus, gladio in os adversum coniecto ¹. Neque id fuit falsum, quod ille in pugnam proficiscens dixerat. Sic enim Cæsar existimabat, eo paelio excellentissimam virtutem Crastini fuisse, optimèque eum ² de se meritum judicabat. Ex Pompejano exercitu circiter millia XV. cecidisse videbantur; sed in deditiōnem veniunt amplius millia XXIV. Namque etiam cohortes, quæ præsidio in castellis fuerant, sese Sullæ dederunt. Multi præterea in finitimas civitates refugerunt: signaque militaria ex paelio ad Cæsarem sunt relata CLXXX. et aquilæ IX. L. Domitius ex castris in montem refugiens, cum vires eum lassitudine defecissent ³, ab equitibus est interfectus.

sui es genitivo del recíproco tomado pasivamente, complemento de *quid* sustantivado, el cual se emplea en sentido partitivo, como si dijera: *neu quid ex rebus suis desiderarent*. La significación de *desiderare* es echar de menos, sentir la falta de alguna cosa; de modo que el sentido literal de esta frase es: que se condujesen en términos, que los soldados de Pompeyo no echasen de menos nada de cuanto les perteneciese: es decir, que no les quitasen nada. Nótese, por último, que la locución *jussit ne*, es muy poco usada por los escritores de la época clásica, los cuales siempre suelen dar el giro de infinitivo al verbo subordinado á *jubeo*. Vid. not. 4, pág. 30, y not. 8, pág. 52.)

1. *Gladio coniecto in os adversum*, de una estocada que recibió en el rostro.

2. *Optimeque eum*, etc., y que le había prestado un muy señalado servicio.

3. *Cum vires defecissent eum lassitudine*, habiéndole abandonado las fuerzas por el cansancio. (Nótese que este verbo es aquí transitivo: así es que muchas veces se le encuentra en la pasiva: *defectus viribus præ lassitudine*. Cuando lleva por sujeto un nombre de cosa, y por complemento uno de persona, este último es generalmente acusativo. "*Res frumentaria milites deficere cepit.*", Ces. "*Me vires deficiunt.*", Cic. "*Bonos nunquam honestus sermo deficiet.*", Quintil.)

EXTRACTOS DE LA HISTORIA

DE

ALEJANDRO MAGNO

ESCRITA POR QUINTO CURCIO RUFO

I

Pompa de los Reyes de Persia en campaña, y descripción del ejército de Darío y del de Alejandro.

Ordo autem agminis erat talis. Ignis, quem ipsi sacrum, et æternum vocabant, argenteis altaribus præferebatur ¹. Magi proximi patrium carmen ² canebant. Magos trecenti et sexaginta quinque juvenes sequebantur, puniceis amiculis velati ³, diebus totius anni pares número: quippe Persis quoque in totidem dies descriptus est annus. Currum deinde Jovi sacratum albentes vehabant equi. Hos eximie magnitudinis equus, quem solis appellabant, sequebatur. Aureæ virgæ ⁴ et albæ vestes regentes equos adornabant. Haud procul erant vehicula decem, multo auro, argentoque cælata. Sequebatur et equitatus ⁵ duodecim gentium, variis armis, et moribus. Proximi ibant, quos Persæ *Immortales* ⁶ vocant, ad decem millia. Cultus opulentiæ barbaræ non alios magis honestabat ⁷. Illi, aureos torques, illi vestem auro distinc-

1. *Præferebatur*, etc. Rompían la marcha con el fuego que llamaban ellos sagrado y eterno llevado en altares de plata. (Nótese la fuerza de la preposición componente.)

2. *Carmen patrium*, un himno patriótico.

3. *Velati amiculis puniceis*, vestidos de ropas de púrpura.

4. *Aureæ virgæ*, etc., los que regían los caballos iban vestidos de blanco con baquetas de oro en las manos.

5. *Equitatus*, etc., un cuerpo de caballería, compuesto de doce naciones, diferentes en armas y costumbres.

6. *Immortales*. (Así los llamaban, porque, muerto uno de ellos, luego era reemplazado por otro; de modo que siempre estaban permanentes los diez mil.)

7. *Cultus opulentiæ barbaræ non honestabat magis alios*, excedían